HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 35r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



mi. fa. sol. / spetierum diatessaron in origine sit prima congru
um est ut cum prima litera in origine grece manus conve
niat. a voce autem / quia cum diatessaron consonantiarum
origo sit / ex quibus troporum perfectiones / formationes / ac
eorum terminationes habentur. terminetur que protus qui
primus est. cum suo subiugali in voce re. ut postea
dicetur congruum est ut ipsa diatessaron prima species
que a re incipit a prima voce re in manu greca re
perta originem sumat. Similiter 2a species diatessaron. s. mi.
fa. sol. la. a secunda litera manus grece et eius voce. s.
ꝗ mi. eisdem rationibus sumit ortum. Quia deuterus
autenticorum cum suo subiugali in voce mi terminatur.
que secunda in vocum ordine reperitur secundum grecos. Que litere
et voces. s. ꝗ re. ꝗ mi. in latina manu ex addictione
litere / et eius vocis ut locum tenent secundum et tertium
Et quia he due / diatessaron species in greca manu
ordinate reperte sunt / arguere possumus / grecos ipsos
musice inventores ipsas tamen in editione diatessaron
invenisse. Tertia autem spe. s. ut. re. mi. fa. greci
omino caret / quia ut quod huius speci initium est
non habet. fuit origo hec 3a species a latinis inventa et ipsi
diatessaron superadducta. Ex earum quidem serie vocum spe
tierum diatessaron prima gravitatis loca tenentium
documenta percipimus percipimus. ut ubique vel in acuminum